

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Die 2. Julii. In Festo Visitationis B. Mariæ Virginis. Divinæ visitationes rarò  
conveniunt cum humanis, nisi hæ raræ sint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

**L.19. M. r. 6.** *¶ adhuc hominem fugit, nempe gentis Aetate regem. In paradyum duceret, secreta Dei verba agnosceret, & adhuc à Sarana Angelo tentari! Unde sic fortia ut ad callestia rapientur: unde sic infirmata, ut in terra hominem fugias, & adhuc à Sarana Angelo adversa toleres? Sic S. Papa Gregorius, qui & libifus respondet id ita divinitus factum, ad augmentandam virtutem Apostoli, & ad eius virtutis exemplum facilius exponendum.*

**III. P U N C T U M.**

**L**ICET ergo Pauli magnitudo vix sit imitabilis; *Vix tamen alius est magis imitabilis, quam magnus Paulus.* Non enim invitatis ad eum imitanda magnitudine, sicut neq; ad eum officij Apostolici sublimitatem: sed tamen invitatis ad illum imitandum, ut sicut ille humilis fuit & patiens atque omni virtute commendabilem se suo in illo Apostolico munere praestit, ita tu in tuo; & ne forte dicas te non posse quod debes, idcirco ille tibi proponitur qui minus quam tu poterat, nisi adjutus fuisset ab illa gratia quæ tibi tā praestit est ad' obeudendum munus tuum quam ad suū illi affuit perficiendum. *Gratia Dei sum id quod sum,* inquit ille, *& gratia ejus in me vaia non fuit.* Atque ut iij situs etiam qui esse debemus. *Adju-*

*vantes, inquit, exhortamur, ne in vacuum gratiam Dñi recipiatis.*

Totum est in illo gratiae fideli usu: unde ap̄ S. Chrysostomus. *Quis sic homo, & quantum natura nostra nobilitas, quantoq; capax virtutis, in Pauli* *laudib.* *Paulo videtur, qui vita sua docet quod inter Angelos hominesq; non grande sit medium, statim n̄ ipso diligentius excolamus. Non enim aliam ille est fortitudo naturam, nec dissimilem natitatem animam, neq; alterum habitans mundum, sed in eadem terra, sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus.*

Ad hanc quid animi? Quid virtutis? Quid melioris vita? Quid perfectionis sanctimoniae? Nihilne tali exemplo moveberis? An te adhuc posse negabis quod debes facere, aut refugies velle quod possis? Nihilne Sancto deferes? Nihil eius dicitis? Nihilne Jesus exemplis? Audi falem illum: *Timeone forte sine causa laboraverim in te.* Quid *Gal. 4.* respondes? Potesne solo silentio tantum proximum concoquere?

Vide in 2. parte, Feria 4. Cinerum; ubi hec proponitur veritas.

Non quidquid Christus egit,  
sed quomodo.

Et Feria 3. Hebd. 1. in Quadragesima, ubi de internis Christi doloribus.

**IN FESTO VISITATIONIS  
BEATAE MARIAE VIRGINIS.**

*Biz. July*

*Exurgens Maria, abiit in montanam cum festinatione in civitatem Iuda. Et intravit in domum Zachariae, & salutavit Elizabeth.* *Luc. 1.*

**VERITAS PRACTICA.**

*Divinae visitationes tardò convenient cum humana, nisi haec rarae sint.*

**RATIO EST**, *Quia humanae illae visitationes quæculi de ceteris dantur & accipiuntur, nisi sint rarae, sunt nimis familiares, nimis liberae & effusa.*

*Sed divinae visitationes tardò convenient cum illis visitationibus quæ sunt nimis familiares, nimis liberae & effusa.*

*Ergo rādò convenient divinae sum humanae, nisi haec rara sint. Quia ceteratio multum valere debet a' coercendam liberiorem illam licentiam, quamnulla etiam Religiosi sunt frequentiores.*

*in visitando, si que divinū privantur visitationibus & gratiis; Quod est valde deplorandum.*

**I. P U N C T U M.**

**C**UM ex Angelo nuntiante sibi divinum Verbum incarnationē, didicisset Beata Virgo cognatam suam Elizabeth concepit filium in senectute & sua statim atq; discellit Angelus, cognovit divinæ voluntatis esse, ut gravidam illam suam cognatam ipsa etiam Verbo divino fecit visitare, & colere; cum illicē paruit, sive ut sic volenti Deo tantum obsequieretur, sive ut officium suum Elizabethæ deficeret, sive ut mutuò divina in se collata be- pefit.

neficia recolerent; sive ut esset nobis exemplo, quo fructu quoque sine sunt habenda colloquia, & mutuæ visitationes transligendæ. O certè cœlitus injectam Virginis talem mentem! o sancte nativitatem ejus operam quæ tanto malo quale infrequentibus illis congressibus reperitur, modum & remedium afferre queat.

Perpendi quidem poslunt ex evangelica regestæ historia, quæcunque pietatem tuam acuēt, de quibus fatus est supra in Adventu, tota secunda Hebdomada: sive promptam misericordiam obdientiam, sive festinum iter modestæ Virginis, sive suavem & divinum amicæ cum amica congressum, sive quas profert Elizabetha laudes divinae matris, sive quos sentit infans Joannes ab infante JESU, anticipatos pietatis sensus; sive quid demum ex tanto delibes mysterium vero attentius contemplare quanta sit hujus sanctæ visitationis, & earum quæ internos haberi solent differentias? Nihil illic vaniloquij, nihil otiosa confabulationis est, nihil de regnum statu, nihil de Regum bellis, nihil de alienis moribus, nihil iuste, nihil ridiculum, nihil desultorium; sed omnia religiosa, pia, sancta, cœlestia; de divinis beneficiis unus est ambarum sermota est Elizabetha in celebraanda Virginie Matre tota Virgo Mater in magnificendo Domino. Quas effundit illa laudes in Virginem, Virgo refundit in ipsum Deum totius boni fontem, Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo. Revolve singula penitulatim: tum ut talis ex congreſu discas tuos reformare: audi veritatem propositam de divinis & humanis visitationibus opportunè conferentem. Audi quantum humanæ divinis præjudicent; & quantum inde detrimenti totam in vitam importetur.

Raro enim divina convenient cum humanæ, nisi he humanæ sint rariores. Et quidem ratio que affertur est planior, quæ ut fuis probati debet: nam nisi sint rarae visitationes, sunt frequentes; si sunt frequentes, sunt nimis familiares, sunt nimis liberæ, nimis effusæ. Confracta sunt rationis repugna, pudor exutus est, licentia regnat, verecundia locus sublatus, amicitia dicuntur permitti omnia. Sicut urbs patens & abiens murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohetero spiritum suum.

Prov. 25.

Gen. 49.

Nonne hoc ita evenit? Nonne & tibi sapient? O quoties minor homo rediſti ex hominibus sic effusæ frequenterat! Effusæ resicut aqua, non creſcit. Dicebat Jacob Rubenos prime genito suo,

Tibi vero quod pejus est, effusus sicut aqua, decrescas.

## IL PUNCTUM.

SED Divina scilicet visitationes raro converniunt cum illu humano visitationibus, quæ sunt nimis familiares, nimis liberae & effusa.

Primo quidem dicendum esset, quid sit in genere divina visitatio. Deinde quot ejus species enumerentur. Ac postremo quæ divinis ostent humanae libetiores & effusiores.

De primo, consulendum est liber Exercitiorum. Si erga tu ubi de regulis agitur ad discernendos Spirituum motus inde sub nominibus consolationis & consolacionis facile disces divinam tunc esse visitationem, quando Deus sensibili aliquo suæ presentia signo dato, animam plenius occupat tentatur, & in unaquaque facultate diversas operationes sic exercere, ut ipsa etiam anima moveatur ad nonnullos actus conformes divinis illis, quas pertinent, operationibus & gratiis. Visitat terram & inebriat eam. VISITAT vineam Pf. 64. Pf. 79.

Quod spectat ad secundum, tres præcipue recentur visitationis divinae species. Prima est terrena, concubans & pavore, quodam concutens animam quæ vel in peccato est, vel in affectu aliquo inordinato, vel in tepido statu, vel in quadam mentis incuria, vel in periculo tentationis & lapsus nisi advertat, vel si denique lapsa sit, admonetur suæ culpa. Adam ubi es? C. A. N. quid fecisti? Visitabo in virga iniurias eorum. Secunda est instruens, monens, docens & variis intellectu collustrans luminibus, ut animi statum melius cognoscat, ut peccati foeditatem & virtutis prælauiam norit acutius: ut quæ de Christo Domino sunt, plenius intelligat: & quos in via virtutis progressus facere debeat apertius intueatur. Intellectum tibi dabo, & infra me in via hac qua gradieris. Quod apie referas illud Sapientis. Nisi ab Altissimo fuerit missa visitatio, ne dederis in illis cor tuum. Tertia est afficiens, & appetitum sive rationalem sive sensuivum diversis moyens afficiens in spem æternorum, in gaudium divinæ voluntatis efficit, & in desiderio patiendi, in amorem Dæi, in zelum divinæ glorie proximorumque salutis, & alios pro diversa personarum dispositione, aut divina in ipsis ordinatione ac beneplacito. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum. Iob. 10.

JAM

## III. P U N C T U M.

**JAM** verò quod tertium est & præcipuum, divinæ illæ visitationes raro convenient cum humanis quæ sunt effusiores & liberiores, quia sic effuse loquendo & conversando, asima quodammodo tota effunditur, ut nec recipiendo nec audiendo Deo sit capax; Si venerit ad me non videbo eum; si abierit, non intelligam. **SÆPE** enim est gratia donum, inquit ibi S. Gregorius, quod iram deputat: Et sepius Divini distributionis ira est, quod gratiam deputat. Quoniam effusa est sicut virtus super herbam, inquit Prophetas: Confusa est mater vestra nimis. Et adequata pulvri quæ genuit vos; id est conscientia. Ecce novissima erit, deferta, in via etiæ arenæ. Ab ira Domini non hababitur, sed redigetur tota in solitudinem, id est, deficietur divinis gratiis quas alioquin nisi nimis effusa fuisset, receperit.

**Prov. 10.** Adde quod cum in multis loquio non desit peccatum, peccatum autem opponat nubem divino soli ne communetur, non est mirum si non convenient. Non est mihi voluntari in vobis. **IN VITATES** vestras de viserunt inter vos & Deum vestrum: Et peccata vestra abscondentur faciem ejus à vobis.

Denique cum in illis liberioribus colloquiis res humanæ soleant semper pluris fieri quam divinæ, hinc naturales appetitus & cupiditates rerum sublunarium crescunt & roboretur; contraria vero, rerum cœlestium decrescit valor & pudor. At proinde vel negantur eis visitationes & communicationes divinæ quæ res illas plurimæ continent quam merentur: vel si conceduntur aliquæ, percunt illi eo velut lemen secus viam jactum quod pedibus incidentium conculanit, & volucres cœli comedunt illud. Id est Diabolus, ut ipse Christus Dominus interpretatus est.

O quam sapienter ille insipientiam suam agnoscebat quod nimis esset locutus, & qui se propriea sic arguebat: Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? Manum me amponam super os meum. Num locutus sum, quod utramque divisionem: Et alterum quibus ultra non addam. Tum paulò post, acrius ac exardescens: deo insipienter locutus sum, & qua ultra modum excedenter scientiam meam. Idcirco ipse mere reprohendo, & ago penitentiam in favilla & cinere. Si talis illi dolor sensus propter unum aut alterum verbum levius dictum, qualis tibi habendum est propter tam multa profanè fusa?

Haynefusue Pars tertia.

**DIVINÆ** igitur visitationes raro convenient cum humanis si hec rara sint, Quia quæ participatio iustitia cum iniquitate. Aut quæ societas luci ad tenebras? Qui frequentiores sunt in illis humanis congressibus, de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus; qui novit Deum audit nos: qui non est ex Deo non audit nos. Quasi diceret dilectus Discipulus:

sicut libenter mundani mundana loquuntur, sic non libenter de divinis audiunt, quia non quadrant simul divina & mundana; atque hoc ipsorum quo mundana placent, divina desplicant. Neque tantum mundanos putem, inquit ille, qui de mundo loquuntur, sed quiloquentes libenter audiunt; & hec est nota mundana vel religiose animæ, similibentius de mundo vel de Deo loquentem audiat. Quod & alter sanctus Joannes sic exprimebat: Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur; qui de celo venit, super omnes est. Et quod videt & audiret, hoc testatur, & testimonium ejus nemo accipit. Id est, cum terreni & mundani homines toti sunt in terrenis, loquendo, conversando, & vivendo; non audiunt eum quidē cœlo venit; & qui de cœlo loquitur, quia sic terrena non convenient cum cœlestibus, sic humana discordant cum divinis.

Atque hinc divinus amator animalium, ut animam quo velit modo, visiteri: Ducam, inquit, etiam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Neq; illam tantum intelligit solitudinem quæ corporali praesentia nos se Jungit ab aliis, sed illam etiam quæ praesentes & simul agentes ita temperatæ res universæ tractamus, ut sicut monet Apostolus,

Quia: utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. **Osea 2.**

Ligi posset D. Gregorius in hunc Jobi locum Cui dedit in solitudine lacum, & tabernacula ejus in terra saligena. Videri vero debet S. Bernardus ad hæc Cantorum verba: Endilectus meus Canticus 2. dicitur mihi: Sermo est integer, & illustris de visitationibus Domini, quæ sunt animæ sibi rectè vacanti; unde hæc pauca ex multis ad coegerandas deinceps liberiores illas visitationes quæ divinis obstant, atque ad procurandum cum gratia interiorum animi & exteriorum vitæ statum, qui Sponso venturo viam paret. Arguit nos pro certo, inquit, negligenter & incuria ipsa inopia nostra, Nam si quæ nostrum integrè & perfide, iuxta verbum Sapientiæ, cor suum tradat ad vigilandū diluculum ad Dominum qui fecit illum, & in cōspicuum Altissimi deprecetur, simulq; voce omnibus studeat para-

**Luc. 8.**

**Iob. 39.**

**Ib. 42.**

parare vias Domini, rectas facere semitas Dei sui: cuius omnes Prophetae sic dicere, oculum tuum semper ad Dominum, & quia prouidebam Dominum in conspectu meo semper: nonne hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo? Visibiliter profecto frequenter, nec unquam ignorabit tempus visitationis sua, quantumlibet uero qui in spiritu visitat, clandesinus veniat & fertivus, ut pote verecundus amator. Adhuc ergo longè agentem bene vigilans anima, sobria mente respicit, & deinceps universaliter somperiet qua in Dilectione ad ventus ipsorum tam solerter quam signanter ad vertitisse monstravimus, quia ipse ait: qui mane vigilaverint ad me, inuenient me. Et quæ plura prosequitur. Sed o piaclare positas quascunque vigilias,

qua tali compensantur dono?

Quod de comedendo ait Sapiens, tu etiamde loquendo memineris usurpare: Cessa prior, causa discipline; & noli nimis esse, ne foris offendas. Ecclesiastes 3:35

Eadem quippe est otis intemperantia in loquendo, quæ est in edendo. Et quæ est regula Temperantiae in edendo, eadem est in loquendo.

In hac 3. parte, Fer. 6. Hebd. 7. Vide &c in 4. parte, Die 14. Januarij.

## IN FESTO SANCTÆ MARIAE MAGDALENÆ.

Vides hanc mulierem? Luc. 7.

### VERITAS PRACTICA.

Tantum à perfecta poenitentia deficies, quantum à poenitente Magdalena discedes.

**RATIO EST.** Quia tantum à perfecta poenitentia deficies, quantum aberis ab his omnibus observandis, qua ad perfectam poenitentiam requiruntur. Sed quantum à poenitente Magdalena discedes, tantum aberis ab his observandis qua ad perfectam poenitentiam requiruntur. Ergo tantum à perfecta poenitentia deficies, quantum à poenitente Magdalena discedes. Quod sane est & ad poenitentis Magdalena commendationem per illud; & ad nostram salutem per opportunitatum.

### I. PUNCTUM.

**N**OTA est historia hujus peccatricis mulieris de qua jam supra in hac parte sunt multæ veritates propostaæ. Nunc quod pluris omnium refert, audienda sunt hæc Christi Domini verba: Vides hanc mulierem? Quasi diceret, vides absolute exemplar perfectæ poenitentiaz? Sic est poenitendum sicut illa demonstrat poenitens. Hoc est labrum argumentum de speculis mulierum fabrefactum in quæ layandis sunt quicunque faciendum illud quod

est spiritus contribulatus, sunt oblaturi. Tantum denique à perfecta poenitentia deficies, quantum ab hac poenitente qua dicitur Magdalena discedes.

Sic in ipso primo considerationis aditu, subiecta nobis est veritas quæ expendenda proponitur, ut ei scilicet declarandæ subserviant singula quæ de hac poenitente refert historia, tum evangelica, tum ecclesiastica. Quamobrem, neque diutius immorandum est in prima propositione, qua dicitur tantum te à perfecta poenitentia recessum, quantum aberis ab his omnibus observandis quæ ad perfectam poenitentiam requiruntur. Nam licet hoc necessario fuerit praemittendum tanquam fundamentum totius discursus, tam aperte, amen patet, ut probatione non sit opus ad intelligentiam, sed affectu voluntatis ad proximam & executionem corum omnium, quæ praescribuntur tanquam necessariae, volenti iterò poenitere. Nonne id vis aliquando? Nonne se istam necessariam esse veram & perfectam poenitentiam, ut si vera non sit, nulla sit salus, non sit autem vera nisi concurrant ea omnia, quæ ad ejus formandam veritatem conducuntur? O quam verè alioquin dicitur de his poenitentiis qui non vere convertuntur, Non sunt reverti in toto corde suo, sed in menda-

cio! Quod dices alii, primum tibi dictum puta.

### II. PUNCTUM.

Fer. 4:5  
Hebd. 7.

Exodi 30:38  
Q. 38:1